Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8324
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

9

usque ad passionem Item no. quod
christus ante et post passionem
dedit formam baptizandi / sed non
ita generalem ante passionem sicut
post et sub qua forma fuerint
baptizati / hic no. secundum glo.
Item no. quod omnes apostoli sunt
baptizati secundum glo.
Nullus. ibi / nisi baptisma nisi
potestatem baptizandi sacramenti
amittunt / hic no. quod caracter
baptismatis semel ha-
biti numquam amittitur Item no.
quod excitatus potest coniugale innovationem
[illegible] liceat ei uti iam collato
secundum glo. Item no. quod illud
quod non recte fit / non fieri dicitur
Item no. quod id quod ab initio
est inutile tractu temporis convalescit
Item no. quod heretici habent sa-
cramenta et sepulturas quo ad speciem
non quo ad salutem Item no.
quod nullus nominis vel operis expul-
sionem demonum etiam per ma-
los ministros
Quos ibi / mali non sua potestate
sed christi virtute baptisma ministrant
hic no. quod mali in ecclesia con-
ferunt sacramenta uti efficacia ita
mali extra ecclesiam dum tamen
in numero aliarum non sed tantum
sacramentum conferunt Item no.
quod falsa opinio decretum / quod
peccata dimittuntur ei qui ficte

accedit ad baptismum ad pe-
nitentiam sed postea redeunt secundum glo.
Item no. quod nemo potest dare
quod non habet Item no. quod peccata
dimissa redeunt per culpam
postea subsequentem
Tunc valere / ibi baptismus
ficte receptus tunc incipit
valere / ad salutem / cum illa fictio
recesserit veraci confessione /
hic no. quod ratihabitio retrotrahitur
et subsequens voluntas facit
validam precedentem invalidam
Nos in nobis ibi / non reiterantur
sacramenta que extra ecclesiam a
non catholicis ministrantur / hic
no. quod in uno articulo extra ecclesiam
peccat quilibet esse suplicat
cum ecclesiam
Ab antiqua / ibi / diverse sunt
forme recipiendi in ecclesia ba-
ptizatos ab hereticis quia aut
crismatis unctione aut manus
impositione aut sola fidei con-
fessione etc.
Extra / ibi / baptismus potest
accipi extra ecclesiam a non fide-
libus sed non prodest quo ad
salutem / hic no. quod extra ec-
clesiam patet paradiso
Hinc autem / ibi / baptisma quod
christi est non dicitur hereticorum
sicut hereses hereticorum est
Cum tantum / ibi / baptisma

216